

1978

N
41



1921 T 6361 Dbl 9196
11

MONUMENTUM AMICITIAE

BAESKIO

DIE XXIX. IAN. A. R. S. C1913CLXXIX,

PIE DEMORTUO

DICATUM

A

- | | |
|------------------------------|-----------------------------|
| G. F. FISCHERO, Droyßig, | I. A. BACHMANNO, Ciz, |
| F. A. CARIO, Ciz, | G. C. B. MORGENSTERNO, Ciz, |
| I. A. IACOBI, Goffér, | I. G. BOETTGERO, Ciz, |
| C. F. RICHTERO, Ciz, | F. A. ECHSLERO, Ciz, |
| I. C. H. ACKERMANNO, Ciz, | C. G. DOELIZSCHERO, Ciz, |
| C. F. MOELLERO, Frankenb, | I. F. HUTHIO, Luzen, |
| B. N. S. SCHREGERO, Ciz, | I. G. PRIESIO, Werbenf, |
| C. F. L. ESCHLERO, Pougensf, | I. C. KEILIO, Krezschau, |
| F. A. LOBECCIO, Masniz, | I. C. G. SAUPPIO, Kayn, |
| I. G. RANISCHIO, Ciz, | A. SUTHAUIO, Zangenb, |

SECUNDANIS SCHOLAE EPISCOPALIS CIZENSIS.



Don

Abgegeben von der
Bibliothek
des
Königl. Gymnasiums
Ciz

CIZAE, LITTERIS HUCHONIANIS



Kapitel 78 N 47 (16)



Conficia mens pravi, cum terret mortis imago,
Anxia desperans, atra sepulcra pauet.
Tartara iam videor, queritur, referata videre
Tristia, quae miserae sunt subeunda mihi!
Iam videor trepidas torpens audire querelas,
Inferni quales edere turba solet!
Sentio iam moriens meritas in corpore poenas,
Et fummus lacerat cor, sine fine, dolor!
Quo me conuertam fugiens; quo quaeso latebo;
Quoue loco latitans tuta superstes ero?

Conscia mens recti, subiit quam mortis imago,
Est eadem semper; nulla pericla timet.
Arridet morti; mortemque salutat amice;
Quo duce coelestes possit adire domos.
Auxiliante Deo vici, sic cogitat, hostes;
Ecquis, me deinceps perdere posse, putat?
Ecce, fides peperit praeclari laude triumphi
Praemia, quae nunquam sunt peritura, mihi!
Mox a tristitia, mox a discrimine rerum,
Et mox a curis libera semper ero.
Haec agitat pia mens, aequo pede mors ubi pulsat
Et regum turre, pauperis atque domum.

Quo iuuenis, vitae cum sit flos ipse caducus,
Aduentu mortis pectore laetus ouat.
Nimirum iuuenis, cui spes est sola redemptor,
Quemque tenet verus religionis amor.

Testis es, o BAESKI, Cizae qui moenia linquis,
Eque choris nostris qui moribundus abis.
Quam subeunt animum vultus, candorque decusque,
Quam subit ingenii vis operosa TUI!

Nonne preces PATRIS et MATRIS, non vota
Tuorum,

Non questus nostri TE retinere queunt?
Non: stat certa TUAE menti sententia. Cedis.
Impavidus properas mortis adire viam.

En, pia nunc animae concedit gaudia Christus,
Qui TIBI confugium, spesque salutis erat.

Quae prius in coelo scrutari mente solebas,
Lucida sub pedibus conspicis astra TUIS.

Ad Iouam rediit mentis vigor; ossa sepulcro,
Inque beatorum spe, tumultata cubant,
Qui fuit aeternae Christus TIBI causa salutis,
Haec, haec exuuiis vestiet ossa suis.

Sicque Deo placuit, merito nos cedimus ipsi.
Cedimus. Hoc pietas ipseque suadet amor.
Sinceri testis nostri sit carmen amoris,
Sit fidei nostrae testis, itemque TUAE.





ULB Halle 3
008 560 51X



1921 T 6361
11
Fol. 9196

MONUMENTUM AMICITIAE

BAESKIO

DIE XXIX. IAN. A. R. S. CIOCCCCLXXIX.

PIE DEMORTUO

DICATUM

A

- | | |
|------------------------------|-----------------------------|
| G. F. FISCHERO, Droyfig, | I. A. BACHMANNO, Ciz, |
| F. A. CARIO, Ciz, | G. C. B. MORGENSTERNO, Ciz, |
| I. A. IACOBI, Goffen, | I. G. BOETTGERO, Ciz, |
| C. F. RICHTERO, Ciz, | F. A. ECHSLERO, Ciz, |
| I. C. H. ACKERMANNO, Ciz, | C. G. DOELIZSCHERO, Ciz, |
| C. F. MOELLERO, Frankenb. | J. F. HUTHIO, Luzen, |
| B. N. S. SCHREGERO, Ciz, | I. G. PRIESIO, Werbenf, |
| C. F. L. ESCHLERO, Pougensf, | I. C. KEILIO. Krezschau, |
| F. A. LOBECCIO, Mafniz, | I. C. G. S, |
| I. G. RANISCHIO, Ciz, | A. SUTHA |

SECUNDANIS SCHOLAE EPISCO



Don

CIZAE, LITTERIS HUCHO

